



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

92. Colai ethnici egregia in Christum propens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

gratiarum actio multiplex, & repetita lecna rituum urbanorum, & appensum sarcophago programma, inter clara deinceps monumenta familiae seruandum. Nullus erat Hancei Mandarinus quin ambiret ad tantum inter Sinas opus à Doctore Leone inuitari; at is humilem Literatum prærogatiua Christianismi, & virtutis ethniciis omnibus prætulit; illum quin etiam minimè passus est, id sibi aut matre de genibus obsequium funebre præstare, ne videretur ceteris posthabere, quem sua religio, & virtus anteponendum soadebat. Neophytorum suffragia tametsi pauperum libenter admisit qui ad defunctora leuametrum precaturi in aulam conuenerant.

Sed præter has mortes, quibus acerbè frangebatur, Leoni discrimen incubuit, quo tantum non domi cum suis crematus est. Læsus è Hancei piscium tam ferax, vt multa nummorum millia quotannis fisca reddat; immunis est angulus à pescandi iure, sacerque idolo cuiquam tutum præbet piscibus oylum, quam immunitatem à pescatoribus Bonzij caro emunt. Ripa Deorum templis, cœnobii Bonziorum, & Literatorum musæis prætexitur, ex quibus quod illuc habebat Dodoe Leo iussus est aliud transferre; sed is ita pressim respondit Proregi ut occasionem edito dederit, cuertendi cœnobia omnia, & templo, quod pïscationi haud minus officerent quam museum Leonis, & censu sui parte fisicum minuerent. Edito insani Bonzij furere, minati de celo extrema omnia, populum ad ignem, & farmenta contra Leonem incendere, nec facinori peragendo aliud defuit præter ducem, & minantium contemptum qui exortis gladiis negabant se velle si-
92.
Colai ethnici egregia in Christum propens.

cris ædibus superstites viuere; ed occubituros sua manu, mox ut iis assulam detrahi cernerent. Hoc mortis & vitæ angusto Doctor Leo, familiam omnem, ipsosque pueros severæ obtrixxit di-
rum trium inedia, cuius tertius dies periculo finem imposuit, prius edito contrariis iussibus per eundem Proregem antiquato. Nonne antequam cœtera exequor, huius anni signanda nomine, indicandum est obiter quod erit postea ex proposito tractandum de propudijs Eunuchi dominatu cui regni totius imperium, suique adeo Rex ipse mancipata. Primas iam annos octodecim in aula tenebat Colaus Ié, integritatis, & sapientiae gloria & nauata tribus Imperatoribus regendi opta, ob quem enim Rex columnam regni cognominauerat. Hic vilis semivit, & quales Eunuchi sunt, ad seruitutem nati, pertæsus imperium, abdicare se Colai officio maluit quā capessendis impuri mancipij noti-
bus supremum Regni ministerium fœdere. Causiam itaque ab aula, cui pat iam non esset, missionem facile impetrat, sibi secumque in posterum quod vitæ supererat in Fochienst sua patria viucturos, & re-
gnaturo importunijs Eunicho campum vacuum relicturus: nihil nobis & Regno tanti viri iactura, venire damnosius potuit, cùm inter ethni-
cos esset nemo, qui tanto studio afficeretur nostris rebus, proficisci que-
lit in discessu F. nostro Pasqualio Mendezio Sinae, cuius virtutem singu-

latiter amabat ; in Prouincia Fochiensi , haudquaquam se alium quam Pechini fore gestaturumque se continuo in oculis Patres (hoc est ut Sinæ intelligunt) inuigilaturum nobis sollicitè , vt quos sciret à multis iisque potentibus insidiosè impugnari . Sic in nos affectus Hanceum descendit , ubi Alenij obsequiolas salutationes gratissimas habuit , condixitque se postridie apud illum cum aula sua fore , ad Redemptoris effigiem adorandam , sed hoc fidei sacræ à supremo post Regem capite , decus pariter & emolumentum interuertit Mandarinorum vndeque multitudo , quorum excipiendis officiis distentus , stare promissio non potuit ; aliam ad ipsum Alenius minorem Christi effigiem sub discellum tulit , quam veneratus est religioso magis animo quam ciuili , agnouitque in illius vultu diuinum aliquid , admirans se illo aspectu ignota etenus & incredibili perfusum voluptate . Adiunxit & aliis ab Europa munificis Alenius planisphaerium factum fabre , cuius vsu & arte cùm mirificè delectari Colaum cerneret , iure , inquit , tibi vit maximè ! leuis , sed non leuis ingenij probantur , esseque alia his consimilia ingenti numero , nec sine admiratione laudaturus , quæ tamen apud Europæos , oblectamenta sunt duantaxat fatigati doctrinis maioribus animi , quas tibi ah ! si libuerit audire , alias profectò cuiuscumque usus & pretij , tuo indignas ingenio , & sapientia putabis ; tum digressus in beneficia quibus Riccius & hostros , annis quadraginta omni ope , infestissimis temporibus constanter foulser , significauit non potuisse nos absque ingrati animi vicio , premere illa inter Sinas , sed nostro latè quaquarellum vulgasse Occidente ; ipsius prosperis , & felicitate perinde ut propria latautos , gratulatos esse honoribus , & sublimitatí , patras tamen has esse ac steriles gratias , quæ de perituris , & in peritura definerent . Sibi nisi obstat , promptum , (ac ne ipse obstat eniçè petere) beneficia illius solidioribus , & æternis reprendere gratiis , bonisque tum summis , tum immortalibus . Longè alium esse à Rege Sinarum cœli Regem ; cœli Regiam ab aula Pechinensi ; beatitudinem cunctis exaggravam bonis , sed aura quavis , aut morte diffabilem ab immortalis , & nunquam desitura ; verum ad hanc unum patere aditum , professionem legis Christianæ . Animaduertit Colaus vit sagax Alienum ex animo loqui , & desiderio inflammato felicitatis sibi procurandæ , acturusque cum eo de illa per otium , itineris reliqui eum sibi ascivit comitem , & primas honoris semper illi per diem in sua Prætoria detulit , noctes in alia nauium agebat Alenius . Sed occurrentium stipante se densius in dies pompa , prout siebat patriæ propior , & officiosis honoribus , ne momento quidem parentibus quod posset vacuum Alenio dare , roganit illum primo verè adesset , auditum se cupidè de quibus instituerant tractare ; promotorumque illius operam ad conuersationem animorum in Prouincia Fochiensi . Sibi quidem ex schola veteri , & Magistro Confusio constare , unum esse orbis huius Monarcham , terrarum , & cœli Dominum ; proborum remuneratorem , & scelerum vindicem ;

N n n 3

esse verò eundem vniuersorum conditorem , & conseruatorem quamvis
antea ignorasset, iis sibi ab eo tām pressis, tām cūdenter probatum argu-
mentis , vt spretis in perpetuum idolis , vnum illum deinceps mundi
esset auctorem , & Rectorem adoratus Deum , liquere sibi de san-
ctimonia dignæ legis , tūm docentium verbis , tūm Christianorum
expresa moribus , tum Philosophorum Sincensium antiquis placitis
mirificè congrua ; & eius quidem obseruatione libenter se fore Chi-
stianum , sed à baptismo & credendis quæ omni oraculo Christiani
censem credibilia , auerti se duplixi ex causa , Vanlie scilicet Re-
gis sui ac Domini veneratione cuius olim decreto essemus regno pul-
li ; & reuerentia diuina maiestatis , quā indignum censeret & incer-
dibile , Deum pro hominibus hominem fieri , & humana pro iis mort-
tēmque adē probosam ab iis perferre. Post hāc duobus donatō
flabellis , quæ Christianissimi , & eius encomio eleganter ornata , hu-
manissimè dimisit , adiunctis comitatī fidis , & prudentibus monitis
quibus illum par fuit præmuniti ad firmandam in Regno sedē
externis tantoperè infenso. Nos condito illum primo verè reoca-
bimus ad Colaum , referemusque relegionis incrementa , que libro
prōximo suggerit sequens annus.